

P R Æ F A T I O.

titudine, & socordia atq; negligentia, vel in
petulantia carnali & fastuosa, propria ho-
minum mundanorum, qui magis ea, quæ sunt
Dei, in obsequium suæ rationis & phantasiæ
captiuare solent, quàm ea, quæ sunt rationis,
in obsequium Christi captiuare student, atq;
ita in Christi Aduentu magis asinam Christo,
quàm asinæ Christum imponunt, minimè imi-
tantes Abrahamum, qui sub monte Moria
asinum, & seruos relinquebat, δὲς τῆς πίσεως τῶν
νικητήρια, μέσος ὢν φύσεως τε καὶ πίσεως, καὶ
νυττόμενος ἐκατέρωθεν, ut Theodoretus loqui-
tur, id est, cum medius esset inter naturam &
fidem, & modo huc, modo illuc inclinaret,
tribuat fidei victoriam, & Verbo Dei pals-
mam atq; laudem veritatis. Hodie profectò,
etiamsi congerant argumenta, non trecenta,
non mille, non millies mille, sed infinita, ad-
uersarij doctrinæ sinceræ, tamen aliud nihil
faciunt, nisi ut cramben suam veterem repe-
tant, & nouis pallijs vestitam, aut peregrino
pipere conditam, proponant, quæ scriptis Lu-
theri, & Philippi, & aliorum, qui in his ter-
ris doctrinam puram hætenus propagarunt